

propter formam scripta sunt corporis. quia in
diuinitate nec membra nec partes sunt. sed p̄
unitatem diuinitatis expressa. ut credamus
quia impossibile ē a patre dō. uel filium uel sp̄m
sc̄m separari. cum plenitudo diuinitatis uelut
corporaliter habitet in substantia trinitatis.
I deo igitur & filius patris dextera nuncupatur.
sicut lectum ē. Sed quid mirum si de uerbis amen
tes homines faciunt questionem. cum faciant
& de syllabis. Sunt enim qui hinc putant faci
endam eē distantiam. quod dicant in sp̄u d̄m. non
cum sp̄u praedicandum. Et ex una syllaba uel
usu quo dam diuinitatis aestimandum putant
eē momentum. argumentantes quod si in sp̄u
d̄m praedicandum putent. ministerium sp̄s sc̄i
signare uideantur. Si uero cum sp̄u dicant. uel
uirtutem eē uel gloriam. & societatem quandā.
& communionem patris & filii & sp̄s sc̄i designare
uideantur. Sed quis separat quod non potest sepa
rari. quis diuidat societatem. quam indiuiduam
x̄pc ostendit. Itē inquit baptizantes in nomi